Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39279
Copyright: Kremsmünster, Benediktinerstift



113

105

mant Et pauci facti sunt: et vexati sunt
a tribulatione mali et doloris Effusa
est contemptio super principes: et errare fecit
eos in inuio et non in via Et adiuuit
pauperem de inopia: et posuit sicut oues
familias Videbunt recti et letabuntur:
et omnis iniquitas oppilabit os suum Qis
sapiens et custodiet hec: et intelligent mi-
sericordias domini. Antiphona

Confitebor domino in toto corde meo. Enon-
parati cor meum deus paratum cor meum: 107
cantabo et psallam in gloria mea
Exurge gloria mea: exurge psalterium et cithara:
exurgam diluculo Confitebor tibi in
populis domine: et psallam tibi in nationib
Quia magna super celos misericordia tua: et us
que ad nubes veritas tua Exaltare